Ne aberrent [aut labantur<] in aliquo, sed ut consonent gratiae. Veluti si quis, habens thesauros, iter faciat per loca ubi sunt latrones, reliquum est ut gaudeat de dividis et thesauris, sub vero metu est, ne quomodo irruentes latrones et expolient eum, et ipse sic se gerit, quasi in manibus suis proprium Corpus gestaret. Ecce enim in visibilibus omnes renunciavimus [seculo] et sumus peregrini, nihil possidentes, communione camali privad. Reliquum, ecce, est ut corpus prostratum orationi incumbat. Debent fratres perspicere, an mens corpori consonet. Quemadmodum ut plurimum artifices secundum mundum et officinarum magistri arti [suae] corpus tradiderunt, similiter etiam et mentem noctu diuque: reliquum est ut tu examines temet ipsum, utrum, habens corpus peregrinum ab hoc mundo, habeas etiam et mentem alienara, ab hoc seculo et non divagaris per mundum. Etenim / [116v] unusquisque ex mundanis, sive miles, sive mercator, ubi habet corpus, illic habet mentem traditam, et illic est thesaurus eius. Scriptum enim est³³² *ubi thesaurus illic et cor*. Reliquum est, [ut videamus] mens tua in quo thesauro sit, totane omnino apud Deum, an non. Si vero non est, debetis mihi dicere quid est quod impediatur. Omnino spiritus nequam sunt, Satanas et daemones, qui mentem detinent, et animam supplantant. Nam Diabolus, qui multiplex est, habens magaia, et posticos plures, et multiplicem varietatem, occupat pascua animae et cogitationes, et recte orare non sinit [eam], nec prope accedere ad Deum. Quandoquidem natura ipsa communis daemone et spirituum mahtiae capax est, similiter quae etiam [communio] angelorum et Spiritus Sancti; templum est Satanae, et templum Sancti Spiritus. Quod supercristi, explorate mentem vestram, fratres, cum quibus communionem habeatis, cum angelis, an cum daemonibus; cuius templum sitis, habitaculum Dei, an Diaboli; quali sit cor repletum thesauro, [thesauro] Gratiae, an Satanae. Quemadmodum igitur domum foetore et stercore repletam, oportet purgari omnino et omari, et repleri omni odoris suavitate et thesauris, ut Spiritus Sanctus veniat in locum Satanae, et requiescat in animabus / Christianorum. Caeterum non protinus ac quis verbum Dei audivit, iam bonae partis est effectus. Si enim simul cum auditione partis bonae efficeretur, non ultra forent certamina vel bellorum tempora aut cursus, sed sine ullo labore, si tantummodo audivit, deveniret in

¶ propriis del. b habeas perp. mg. ins. suppr. c tuus del. • dtuum del. • e per del
 f páyala xai tgi Ouga mg. 8 inspicite [et examina<*/> del. h repletam et stercore trans.
 lanimis mrr.

³³¹ 1. Petri. mgc. cf. 1 Pe. 1, 10-12

³³² 1 Cor. 2, 3

³³³ A. 1. 6, 21

paup<er>es spiritu. Beati miles. Beati misericordes. Beatipacificid Hunc Christianismum voca. Quodsi quis hac via non progreditur, extra viam errat, et malo utitur fundamento. Gloria miserationibus Patris et Filii, et Spiritus S<ci>ti in sécula. Amen.

DESCRIBIT & LAMENTATVR CALAMITATEM ANIMAE,
quod ob peccatum Dominus in ipsa non habitat. Et de Iohanne
Baptista, quod nemo ínter natos mulierum sit ipso maior
HOMILIA XXIIIX

QVEMADMODO Miratus Deus Iudaeis quondam tradidit Ierusalem, in externo et manifestó exemplo, hostibus, et dominad su»t eorum qui oderant eos, et no» erat iam ultra illic festivitas, ñeque oblado: sic iratus animae propter transgressionem praecepti, tradidit illam hostibus, daemonibus et passionibus. Et sic seductam eam desolaverunt bpenitus, nec ulterius erat illic ñeque festivitas, nec thymiana, nec oblado quae per ipsam [animam] Deo offerretur, viis eius msigniorib/zr immanium belluarum copia repletis reptilibusque, spiritibus malitiae in ea cessantibus. Et veluti domus, si inhabitantem herum ño» habeat, tenebris et infamia atque contumelia involvitur, sordibusque et stercore repletur, ita etiam anima quae non habet herum suum in se cum angelis choreas ducentem, tenebris peccati et ignominia passionum et infamia omni completur. Vae viae, si nemo ambulet in ea, nec audiatur in ea vox hominis, quia cubile belluarum est. Vae animae, cum non inambulet in ea Dominus, et voce sua fuget ex ea spiritaales malitiae feras. Vae domui, cum herus non habitat in ea. Vae terrae, cum non habet colonum qui operetur eam. Vae navi, cum non habuerit gubernatorem, quoniam fluctibus maris agitata perit. Vae animae, cu/» non habuerit verum gubernatorem Christam in se, quoniam in mari amaritudinis tenebrarum agens, et fluctuatione passionu/» 8 iactata, et a malis spiritibus tempestate vexata, tandem perditionem nanciscitur. Vae animae, cum non habuerit qui diligenter eam operetur, Christam, ut bonus fructus Spiritus ferre possit, quoniam, deserta et spinis a<c> tribulis repleta, demum ustionem ignis pro fructa fert. Vae animae, cum non habuerit herum suum Christam in ipsa habitantem, quoniam, deserta et foetore passionum repleta, diversorium est malitiae. Quemadmodum enim colonus, si vadat ut operetur terram, oportet ut instrumenta et indumenta operi convenientia sumat, sic Christus, rex coelestis et verus agricola, veniens ad desolatam a malitia humanitatem, indutus corpore, et ut instrume»tum crucem baiulans, animamh desertam est operabas, et abstulit ex ipsa spinas et tribuos malorum spiritaum, et zizania peccati evulsit, et omnem herbam peccatorum eius igne exussit. Et cum sic illam ligno crucis excoluisset, cosevit in ipsa pulcherrimum hortam Spiritus, fructam omnem suavem et desiderabilem Deo, uti hero suo, producentem. Et quemadmodum in iEgypto, tenebris per triduum factis, non videbat filius pa/trem [117v], nec frater fratrem, nec amicus amicum germanum, cum tenebrae eos

l olim del. b sscr: perdiderunt del. c sscr: in quibus notae et insignia [civitatis] erant del.
d commorantibus corr. Groa dominum Ai - finsez»r. • 8 add: undarum del.
h sscr: terram del.

35 Afr.5,3 ss.

sermone noverit et aliis enarraverit [regnum consequatur], sed in virtute et operatione Spiritus regnum est. Haec enim passi sunt etiam Israelitarum filii qui perpetuo Scripturas meditabantur, quasi scilicet de Domino meditentur; tamen, veritate non recepta, aliis haereditatem ipsam tradiderunt. Sic et qui sermones Spiritus aliis referunt, ipsi verbum [Dei] in virtute non possidentes, aliis haereditatem tradunt. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, in secula. Amen.

DVPLICIBUS MODO GRATIAE DISPENSATIONES in genus
humanitatis operatur Deus, ipsius [gratiae] fructus iusto iudicio
rursum repetiturus

HOMILIA XXIX

SAPIENTIA Dei, infinita et incomprehensibilis cum sit, incomprehensibili et ininvestigabili modo gratiae in genus humanum dispensationes varie operatur, ad liberam voluntatem probandam, ut manifesti fiant illi qui ex toto corde diligunt Deum, et periculum ac laborem omnem sustinent propter Deum?

1. Quibusdam enim charismata occurrunt et Spiritus Sancti dona, statim simul accesserunt* cum fide et petitione, sine fatigationibus, sudoribus et laboribus.

2. Aliquando etiam in mundo [adhuc] permanentibus gratiam dat Deus non otiose neque inopportune neque fortuito, sed sapientia quadam ineffabili et incomprehensibili, ut probetur electio et libera voluntas eorum / [118r] qui divinam gratiam velociter sunt consecuti, an videlicet cognoverint beneficium et benignitatem in se exercitam, et dulcedinem Dei, pro ratione collatae sine propriis laboribus gratiae, quae ut donarentur digni habiti, debent ostendere studium, cursum et certamen, et charitatis ex libera voluntate et electione fructum, et retributionem charismatum reddere; hoc est, se totos dilectioni Domini addictos dedere, et ipsius voluntatem solam facientes, et ab omni carnali cupiditate omnino recedentes.

3.* Sunt vero et quibus, etiam cum a mundo secesserint, et secundum Evangelium³⁰ seculum hoc abnegaverint, et in multa persistant orationis et ieiunii, solitudinisque et reliquarum virtutum perseverantia, non tamen protinus Deus dat gratiam et requiem et exultationem Spiritus, patienter erga illos agens, et retinens donum. Idque non otiose neque inopportune, nec fortuito, sed sapientia quadam ineffabili ad probationem liberae voluntatis, ut videat illam fidelem et veracem arbitrentur Deum, qui promisit petentibus daturum, et pulsantibus aperturam ianuam vitae; ut videat quoque an et illi qui crediderunt vere sermoni eius, perseverent usque ad finem in plenitudine fidei et studii, petentes et quaerentes, an non retro abeant ex ignavia et subtractione, et diffidentes ac desperantes contemnant et parum curent, non sustinentes usque ad finem propter temporis intervallum, et ad probandam voluntatem et electionem. Qui enim non

* suam, a^uτ^oν *mg* b t^giooov, triplici *mg* c 1. Primi. *mg* d exierunt ex seculo et monachi facti sunt *mg* • ' 2. Secundi. Nota interpunctionem *mg* • f perceperunt sibi collatum beneficium *del.* g quam *corr.* h recedentes omnino *transp.* 13. tertii *mg* ' dat gratiam *del.* k videre *corr.* // [possit] *del.*

citius accipit, ob dilationem et expectationem Dei magis accenditur, magisque cupit coelestia bona, maiusque desiderium, et solitudinem, et cursum, et certamen, et omnem virtutis formam, et famem, et sitim, ad bonum [consequendum] adiicit in dies, non hebetatus a malitia cogitationum quae animae insunt, et ad contemptum, et^a impatientiam, et desperationem conversus; aut contra ex occasione expectationis socordiae se tradat, hac ratiocinatione usus: *Quandocumque tandem gratiam Dei accipiam*, et ex eo ad negligentiam a malitia subreptus. Sed quanto [magis] ipse *Dominus* per dilationem expectat, longanimiter agens erga eum, examinans fidem et charitatem voluntatis eius, tanto ipse acrius et laboriosius, et indeficienter ac sine ignavia donum Dei debet quaerere [et consecrari], semel concepta fide, et certissime persuasus Deum mentiri non posse, et veracem esse, qui repromisit daturum se gratiam suam^b iis qui cum fide petierint usque ad finem cum omni patientia. Fidelibus enim animabus fidelis et verax existimatur Deus, et [ipsae] signaverunt quod verax est, secundum verum sermonem.³⁴¹ Igitur iuxta fidei notitiam se ipsas examinant, quibus in rebus, quantum ad^c se attinet^d, desunt, vel in labore, vel in solitudine, vel in contentione, vel in fide, vel in charitate, vel in reliqua virtutum constitutione [et serie]. Et examinantes quam subtilissime et exactissime, pro viribus se adigunt et angunt^e ad beneplacitum Domini, cum semel crediderint quod Deus, cum verax sit, non privabit [eas] dono Spiritus, si permanserint usque ad finem in studiosissimo erga ipsum cultu et expectatione, sed dignae habebuntur coelesti gratia, et adhuc in carne existentes vitam consequentur aeternam. Atque ita omnem suam dilectionem ad Dominum incitant, omnibus [aliis rebus] abnegatis, solum illum multo cum desiderio et fame et siti expectant, et requiem ac consolationem gratiae semper praestolantur, nullaque re huius mundi consolationem accipiunt, et quiescunt; nec sponte devinciri se sinunt, sed semper materialibus cogitationibus contradicentes, Dei^f auxilium et favorem solummodo expectant, quandoquidem his, quae^g tale studium, propositum et sustinentiam^h suscipiunt, animabus iam occulte adest ipse Dominus, succurrit et custoditⁱ ac suffulcit virtutis fructum unumquemque. Et quamquam in labore et tribulatione sint, quamquam in cognitione veritatis et animae manifestatione, nondum acceperunt gratiam Spiritus et requiem doni coelestis in plenitudine. Non [inquam] senserunt hoc [donum], propter ineffabilem Dei sapientiam et iudicia inenarrabilia, qui diversimode examinat credentes animas, et eam, quae ex voluntate et electione est, charitatem considerat. Termini enim sunt et mensurae et^j trutiniae liberae electionis et voluntariae dilectionis et affectionis pro viribus propensae in omnia eius sancta mandata. Atque ita complentes animae dilectionis suae et debiti proprii mensuram, coelesti regno et aeterna vita donantur. Iustus^k enim est Deus, et iusta iudicia eius, et non est apud ipsum personarum acceptio,³⁴² sed pro modo et ratione beneficiorum, sive corporalium, sive spiritualium, sive scientiae, sive

^a ins. · ^b ins. · ^c in corr. · ^d sscr.: est del. · ^e et angunt ins. · ^f Domini corr. · ^g qui corr. · ^h ostendunt del. · ⁱ eas del. · ^j pondera del · ^k es<P> del.

³⁴¹ Ioan.3. mg.: Io.3,33

³⁴² Rom.2,11

intellectus, indidit), iud iusta cuique Minimus er voluntatem L multus; qui ve est, multum Scientiam v datum Spiri discretionis fructus virti naturalium, apud Deum charitatis e retributio Contempla reposita, e suamque s promissi<C est qui esu assumunt, perseveran fratrum adv surreptus, C Christiano illius finis, C suam diud conatu me vacuitatis e charismate Spiritui Sar

E
es

QVI audiu
Dei non e

< cruci
del · · · · ·
scc: futur d

³⁴¹ Luc.1

³⁴² Rom.

³⁴³ Mc.5.

hoc opus dicitur, ut opus quoque in audientibus inveniatur. Praebet igitur Dominus opus veritatis in audientibus, ut verbum fructuosum inveniatur in nobis. Sicut enim umbra praecedit corpus, umbra vero corpus praenunciat, et veritas corpus est, ad eundem modum et verbum velut umbra est veritatis Christi; praecedit autem verbum veritatem. Pater qui in terris est, ex natura sua generat filios ex corpore suo et ex anima, et progenitos omni studio et cura instituunt ut filios suos, quousque perfecti viri fiant, et successores ac haeredes. Patribus enim scopus a principio est, et studium omne, filios procreare et habere haeredes, et nisi procreassent, magna tristitia et dolore afficerentur, atque ita rursus procreatis laetarentur; gaudent autem cognati quoque et vicini. Ad eundem modum quoque Dominus noster Iesus Christus, de hominum salvatione sollicitus, omnem dispensationem et studium adhibuit a principio per patres Patriarchas, per legem et prophetas; postremo quoque ipse adveniens, crucis ignominia contempta, sustinuit mortem. Et totus hic labor et studium eius eo pertinuit, ut gigneret ex se ex natura sua filios ex Spiritu, ut denuo nascerentur ex deitate sua sponte volens. Et sicuti patres hi, si non genuerint, contristantur, sic et Dominus, cum dilexisset hominum genus, ut propriam imaginem voluit eos ex suo ipsius semine gignere, ex deitate. Si qui igitur noluerint ad huiusmodi generationem venire, et ex ventree Spiritus, deitate, nasci, doloris plurimum Christus suscipit, cum passus propter ipsos fuerit et pertulerit [multa], ut ipsos salvos faceret. Omnes / [119r] enim homines vult Dominus a nativitate hac dignos fieri; pro omnibus enim mortuus est, et omnes vocavit ad vitam. Vita vero est denuo ex Deo regeneratio; nam sine hac vivere animam est impossibile, ut ait Dominus: *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* 36 Atque adeo e contrario, quicumque Domino credunt, et accedentes digni sunt a nativitate hac, gaudium afferunt et magnam exultationem in coelis iis qui eos procreaverunt, parentibus. Et omnes Angeli et Potestates sanctae gaudent de anima ex Spiritu nata, et facta Spiritus. Corpus enim hoc similitudo [sive effigies] est animae; anima vero imago Spiritus existit. Et sicut corpus sine anima mortuum est, quod nihil potest agere, sic sine coelesti anima et absque divino spiritu mortua est, quod ad regnum attinet, anima, et nihil eorum quae Dei sunt potest agere absque Spiritu. Sicut enim pictor [qui facies hominum imitatur, effigiarum] inspicit attente faciem regis, ac tam pingit; et siquidem ex adverso sit regis facies attentam se praebens ipsi pingenti, facile et pulchre ipse pingit effigiem; cum vero faciem averterit, non potest pingere, eo quod [facies] non intueatur in pingentem: ad eundem etiam modum bonus pictor Christus illis qui ipsi credunt et ipsum semper attente intuentur statim depingit ad imaginem suam coelestem hominem, de spiritu suo, de hypostasi sua, de luce videlicet ineffabili depingit imaginem coelestem, et dat ipsi [animae] pulchrum et bonum ipsius sponsum. Si quis igitur non intuetur in eum semper despectis omnibus, non depinget ad imaginem eius ex suo ipsiusmet lumine. Oportet igitur nos intueri in eum credentes eumque amantes, propter omnibus et ipsi

“quoque in audientibus ins. b Deus corr. c generant filios ins. d tristitia scr.
 tristitia M • ' atque... laetantur mg. ins. f postremum corr. g divinitas del.
 "na<no?> del. 'gene<ratione> del. 'magnum del. scr.: imagines del. Img. ins.
 min del.

36 Ioan. 3. mgs. loli, 3

(B * %(%/ % (% %%% %) (((B
(3 (8 (%B; % % * % (B 6 * 3 % 9
* ((: ' D (% (! % ((B (((* / (%/ %B
, D % %; B, D / (8 ((* B (((B
(Z V % %B (8) %/ % ((* (% B
8 (% %* ((%B ((((8 ((B %) ()
/ %B) (* ((B ! %D ; (3 (; (%
* %B+1 (((() (B 3 (%/ %
(%! H % (/ % G ^ 5 %* ((% (%) (B
* (6 ((% (33) (! (% (((B (. %
(((D (B D * * 6 ; % % (* * A ()
% D 3 ; % (%/ % (%B % ; %B ()
*) % ((% (((% ; %
% B D 3 % (% ; % * %! % % ;
* (% (B (% (% % ; (* Z V ()
G (! * / B D G % % (B) ()
8, * ; % * %J * (% (% ; ! * * ; %
(% 3 GZ>5>>EoB ; % 8, - % B * % (%! 8 D %A #
& " ' , 90 - " * ' D (/
(8, B * ((; % * (% B ; % % * (B 6
* (() % % / B / % %d
/ B L 8 3 % 8) (%) / ((! 9 :B
%; \ / C %B % 5E % / % 3 B * (*) (3 B 8
% * (% * (B / 3 %J % % D * (% B
; 9 % / %:J / (% 3 9 (%% % :A(% B D /
* (; ; (B * ; % (* % % D * J
D (D 9% : * (% ** * D B (% (/ B *
; ! D % % %; (B % () %; B ((B D
8 * (% % () (J (* % % (B % (A ()
% B * (((% * (B () % ; (B % % (* % (B
% ! D % ((% % % ; (% (%
() x ^ (7H ; B % (3 G B ((% (* % % ()
* ; (% * (% %) J * (% % * (% % (G
(3 0! B % %B; G (%) ((B %
; ((%B 3 ; B * :B 6 A c & m & 9; D) ()
) (: * l * 9 .: 9 (:B * g

Z u 1 s W KK W 1 W
2 /1 F) W H 1 W P 0 0
2 W ! 0 !! X " W !3 W
00 W G Q

6?Y 77 !!#16

6= !7 !76H

65 5 l

68G+T > !8

gloria obvolvet illud, quod ex hoc tempore Christiani capiunt, donum et invisibile ac coeleste indumentum. Quemadmodum autem ovis et cameli foenum nactae, cupide ac celeriter ad pabulum accedunt, et intra se alimentum includunt^a; in tempore autem famis illud ipsum pabulum^b ex ventriculo referunt^c et ruminant, et pro^d alimento utuntur iis quae antea condiderant: sic etiam quotquot nunc arripuerunt regnum coelorum, et gustaverunt coelestem cibum in Spiritu viventes [cum adhuc viverent], resurrectionis oportuno tempore illud ipsum habent, operiens et fovens ipsorum membra omnia. Sicut igitur de seminum differentiis dicebamus, multa nempe in unam terram seminari, et diversos fructus producere, dissimiles inter se; similiter et de arboribus, quasdam videlicet ex ipsis maiores esse, alias vero minores, una vero terra radices omnium retinet: sic et coelestis Ecclesia, una cum sit, innumera est; unusquisque autem singulariter ornatur a gloria Spiritus. Sicut enim volatilia e corpore pennarum indumenta proferunt, est vero inter ipsa differentia multa; quaedam enim ex illis propius ad terram volant, quaedam sublimia in aerem evolant. Vel sicuti coelum unum est, et habet stellas multas in se, quasdam quidem lucidiores, maiores alias, alias minores; omnes vero coelo sunt impactae: sic et sancti in uno coelo Deitatis, et in terra invisibili diverso modo sunt radicati. Similiter et, quae ipsi Adamo obveniunt cogitationes, diversae sunt; Spiritus vero, veniens in cor^e, unam cogitationem facit, et unum cor. Inferiores enim et superiores ab uno spiritu gubernantur. Equid vero sunt [animantia] unguis bifida? Quandoquidem duobus unguis recte viam insistunt, imaginem praeferunt [hominum] illorum qui in lege recte ambulant. Sicuti vero corporis umbra ex ipso provenit corpore, sed tamen carnale ministerium praestare non valet; umbra enim vulnera alligare non valet, cibum praebere, aut loqui, verum ex ipso corpore existit, et praecedens praesentiam corporis significat: sic et lex vetus umbra est novi testamenti. Praenunciat autem umbra veritatem; verum ministerium Spiritus non habebat^f. Non enim poterat Moses carnem indutus in cor introire, et auferre sordida indumenta tenebrarum, si non^g [sed] spiritus^h de spiritu, et ignis de igne [est id quod] dissolvit malarum tenebrarum vim. Circuncisio enim quae fuit in umbra legis, significat appropinquantem veram circuncisionem cordis. Et baptisma legis umbra est verarum rerum. Illic enim corpus abluebat; hic vero coinquinatam mentem baptisma ignis et spiritus emundat et / [121r] abluit. Illic sacerdos infirmitate involutus [ac indutus] intrabat in sancta, et pro se et pro populo offerens victimam; hic vero verus Pontifex Christus semel introivit in tabernaculum non manu factum et altare supernum, eos qui ab ipso peterent [purgationem] purgare paratus, et conscientiam coinquinatam. Ait enim: *Vobiscum ero, usque ad consummationem seculi.*³⁶⁷ Habebat Pontifex super pectus duos lapides pretiosos,³⁶⁸ qui habebant [inscripta] nomina duodecim patriarcharum. Quod illic fiebat, figura est; sic enim et Dominus, cum indutus fuisset duodecim Apostolis, misit illos evangelistas et praecones universi mundi. Vides quomodo umbra appropinquans veritatem indicat. Quemadmodum autem umbra ministerium non exercet, nec laboribus medetur, sic nec vetus lex

^a in se del. · ^b ipsum pabulum ins. · ^c promunt sscr. · ^d mg.ins. · ^e vel venientem in cor mg. · ^f Spiritum non suggerebat mg. · ^g Spiritus del. · ^h sed spiritus mg.

³⁶⁷ Math. 28. mg.: Mt. 28, 20

³⁶⁸ Cf. Ex. 39, 6 & 14

animae vu
vitam habe
veluti duo
oculos hab
unimanur
Vel quem
humanitat
communic
nuda manu
templum
Inhabitabo
coelis assu
commiscu
Et cum an
animam t
magnitudi
secula cap
efficitur a
possunt
tenuitas. I
passiones
in mundo
ipsum rat
[mundo].
mand<at>
incipis adv
occasione
ex parte e
commerci
sapientiam
quietem^h
audisti. Ci
ponit tecu
ego orant?
tus sunt: de
et a te ager
Facultates
quandocum
hominis hu
anima] lex
et dotem
meum habe

ⁱ nulla i

^j quae i

^k Levit

o. Te vero
et te etiam
discernere,
n enutritus.
pugnantes
is [negotiis
o exemplo,
ogitationes
is animam,
paret, sive
enebrarum
ans bellum
em tibi in
tentationes
iem, se tibi
rmissum a
o suo loris
erim sunt,
p prudenter
sementem
um finem
us verbum
atio aliquo
io n ferente
flant, et
venitur. Si
eris ipsum
ero pauci
tri et Filio

neque ex
expectare
semitas^f et
re expedit,
um corpus
it operi, et
petitioni et
omnique
m docens,

^d et del.
pus del.

orationem^a praebens puram, spiritualem, Deo dignam, et eam, quae in Spiritu et veritate est, adorationem. Sicut vero is qui mercaturae artem instituit, non uniusmodi lucri viam inquit, sed undecunque augere et multiplicare lucrum properat, ab hac ad aliam industriam transiens, et ex hoc ad alium rei faciendae modum currens, semperque, resiliens ab eo quod nihil^b profuit, currit ad quaestuosius: sic et nos animam nostram variis rationibus et artibus instruamus, ut lucremur verum illud et magnum lucrum, Deum videlicet, qui nos doceat ex veritate orare. Sic enim requiescit Dominus [et delectatur] bona animae electione,^c thronum gloriae ipsam faciens, residens et requiescens in ea. Sic enim apud Ezechielem prophetam audivimus^d de spiritualibus animalibus herili currui subiugatis.³⁷⁰ Tota enim oculata nobis illa repraesentat, sicut illa anima est quae portat Deum^e, potius vero^f quae a Deo portatur; fit enim tota oculus. Et sicut domus quae praesentem habet herum, omni modestia et ornatu, pulchritudine ac decore abundat, ita et anima quae habet apud se herum suum in ipsa manentem, omni pulchritudine et decore plena est. Dominum enim cum suis spiritualibus thesauris domesticum habet et aurigam. Vae autem domui illi a qua herus peregre profectus^g et Dominus abest, quoniam deserta est, destructa, plena omni impuritate et perturbatione; illic sirenes ac daemones, secundum prophetam,³⁷¹ habitant. Nam in deserta domo feles et canes et impuritas omnis adest. Vae animae^h quae a gravi lap/su [122r] suo non erigitur, et intra se habet eos qui ipsi suadent et adigunt ad inimicitias cum proprio sponso sustinendas, et corrumpere volunt sensa quae a Christo habet [vel sensa eius et avertere a Christo]. Cum autem viderit Dominus quod se ipsam pro viribus colligat, semper Dominum quaerens noctu et interdium, et clamans ad ipsum, sicut iniunxit incessanter in omni [re] orare, faciet vindictam eius, ut promisit,³⁷² mundatamque ab ea, quae in ipsa est, malitia, irreprehensibilem et immaculatam sponsam ipse sibi constituet eam. Si vero credis vera haec esse, sicuti sunt, attende tibi ipsi, an invenerit anima tua lumen illud quod ipsam per viam ducat, et verum cibum et potum, qui est Dominus. Si vero non habes, quaereⁱ noctu diuque ut capias. Cum solem videris, quaere solem verum; caecus enim es. Cum lumen conspexeris, inspicere animam tuam, an verum et bonum^k lumen inveneris. Omnia enim quae videntur, verorum animae [rerum et] negotiorum umbra sunt. Est enim praeter spectabilem hunc alius homo intus, et oculi quos excaecavit Satanas, et aures quas surdas fecit. Et venit JHS ad sanandum^l interiorem hunc hominem. Ipsi gloria et imperium cum Patre et Sancto Spiritu in secula. Amen.

DE GLORIA CHRISTIANORVM, qua corpora eorum in
resurrectione digni fient & cum anima illuminabuntur
HOMILIA XXXIV

SICVTI corporei oculi plane omnia spectant, sic et animabus Sanctorum manifesta

^a puram del. · ^b praestitit del. · ^c et del. · ^d audimus corr. · ^e Dominum corr.
· ^f sscr.: que del. · ^g abest del. · ^h domui corr. · ⁱ cal del. · ^j diu del. · ^k et bonum
ins. · ^l ad sanandum ins.

³⁷⁰ Ez.1

³⁷¹ Is.13,21-22

³⁷² Lc.18,7

